

raonis. Si inueni gratiam in conspectu vro: lo-  
quimini in auribus pharaonis: eo qd p̄ me  
adiurauerit me dices. En morior in sepulcro  
meo quod fodи mibi in terra chanaan: sepeli-  
es me. Ascendit igit̄ et sepeliam patrem meum: ac  
reuerter. Dixitq̄ ei pharao. Ascende et sepe-  
li patrem tuum sicut adiuratus es. Quo ascen-  
de: ierunt cu eo oes senes domus pharaonis  
cunctiqz maiores natu terre egypti: dom⁹ io/  
seph cu fratribus suis absqz piulis et gregi-  
bus atqz armatis: que dereliquerunt in tra iel-  
sen. Habuit quoqz in comitatu currus et eq-  
tes: et facta est turba nō modica: venerisqz ad  
aream achad: que sita est trans iordanem vbi  
celebrantes ereqas planctu magno atqz ve-  
hementi impleuerunt septē dies. Ad cu vidissi-  
sent habitatores fr̄e chanaan. dixerunt. Pla-  
ctus maguus est iste egyptijs. Et idcirco vo-  
catū est nomē loci illius planctus egypti. Fe-  
cerunt ergo filij iacob sicut p̄ceperat eis: et por-  
tantes eum in terrā chanaan: sepelierunt euz  
in spelunca duplicit: quā emerat abraam cum  
ago in possessionē sepulcri: ab ephron etho  
contra faciem mambre. Reuersusq̄ est ioseph in  
egyptum cu fratribus suis et omni comitatu:  
sepulto patre. Quo mortuo timentes fratres  
eius et mutuo colloquentes ne forte memor sit  
inurie quā passus ē: et reddat nobis omne ma-  
lum qd fecimus: mandauerunt ei dicentes:  
Pater tuus precepit nobis ateq̄ moreretur  
ut hec tibi vobis illius diceremus. Obscurio  
ut obliuiscaris sceleris fratrū tuorū: et pecca-  
ti atqz malicie quā exerceuerunt in te. Mos q̄  
oram⁹ vt seruo dei pri tuo dimittas iniuriam  
hanc. Quibus auditis fleuit ioseph: ve-  
neruntqz ad eum fratres sui: et pni adorantes  
in terrā dixerunt. Serui tui sumus. Quib⁹ il-  
lerūndit. Nolite timere. Nū dei possum⁹ resi-  
stere voluntati. Nos cogitastis de me malū  
sed deus verit illud in bonū: ut exaltaret me  
sicut in p̄sentiarum cernitis: et saluos faceret  
m̄itos pplos. Nolite timere. Ego pascā vos  
et puulos vros. Consolatusq̄ est eos et blāde  
et leniter est locut⁹: et habitauit in egypto cu  
omni domo p̄ris sui. Dixitq̄ centūdecē annis:  
et vidit effraim filios vlos ad tertiam generatio-  
nem. Filii quoqz machir filii manasse natū sunt  
in genibus ioseph. Quibus trāfactis locut⁹  
est fratribus suis. Post mortē meā de⁹ visi-  
tabit vos: et ascendere vos faciet de terra ista:  
ad terrā quā iurauit abraā ysac et iacob. Cu  
qz adiurasset eos atqz dixisset: deus visitabit  
vos: asportate ossa mea vobiscū de loco isto  
mortuus est expletis centūdecem vite sue an-  
nis: et cōditus aromatib⁹: repositus est in lo-  
culo in egypto.

Explicit liber Genesis. Incipit liber helles-  
moth quē nos Exodi dicimus. Capl. I

**E**c sunt no-  
mina filiorū israel: q̄ igrē-  
si sunt in egyptū cu iacob.  
Singuli cu domib⁹ suis i-  
troierunt Ruben. syneon.  
leui. iudas. ysachar. zabu-  
lon. et beniamin. dan. et neptalim. gad. et aser.  
Erant igit̄ oes ase eoz q̄ egressi sunt de demo-  
re iacob septuaginta. Joseph autē in egypto  
erat. Quo mortuo et vniuersis fratribus eius  
omnis cognatione sua: filii israel creuerunt et  
quasi germinates multiplicati sunt: acrobo-  
rati nimis impleuerunt terram. Surrexit inter  
ea rex nouus sup egyptum: qui ignorabat ioseph.  
Et ait ad populu suū. Ecce p̄ls filiorū  
israel multus et fortior nobis est. Venite sapiē-  
ter op̄rimam⁹ eū: ne forte multiplicet: et si in-  
gruerit cōtra nos bellū addat inimicis n̄ris.  
expugnatqz nobis egredias: deterra. Pre-  
posuit itaqz eis mḡros operum ut affligeret  
eos oneribus. Edificaueruntqz vrbes taberna-  
culorū pharaoni: phiton et rameses. Quāto  
qz opprimebant eos: tanto magis multiplica-  
bantur et crescebant. Oderātqz filios isrl̄ egypti⁹:  
et affligeabant illudentes et inuidētes eis  
atqz ad amaritudinē p̄ducebant vitā eorum  
opib⁹ duris luti et lateris: omniqz famulatu  
quo in terre opib⁹ premebant. Dixit autē  
rex egypti obſetricib⁹ hebreouū. quaz yna  
vocabat sephora. altera phua. p̄cipiens eis  
q̄ obſetricabitis hebreas et p̄tus tempus  
aduenerit: si mascul⁹ fuerit interficite eū: si fe-  
mina refuante. Timuerūt autē obſtrices deū:  
et non fecerunt iuxta p̄ceptum regis egypti⁹:  
et seruabant mares. Quibus acceristi: ad  
se rex ait. Quid nā ē h̄ q̄ facere voluisti: ut  
pueros seruaretis? Querūderunt. Non sunt  
hebrei sicut egyptie mulieres. Ipse enim ob-  
ſtricandi h̄nt scientiā et p̄usq̄ veniamus ad  
eas pariūt. Bñ ergo fecit de⁹ obſtricibus  
et crevit p̄ls: cōfortatusq̄ est nimis. Et q̄t/  
muerunt obſtrices deum: edificauit eis do-  
mos. Precepit q̄ pharao omni p̄lo suo dices  
Quicqđ masculini sexus natū fuerit: i flumē  
p̄cīte. quicqđ feminini reseruate. II  
**E**gressus ē p̄ hec vir de domo leui et  
acepit vroē stirpis sue: q̄ cōcepit et  
pegit filiū: et vidēs eū elegatē abscon-  
dit tribus mensibus. Lūqz iā celare nō poss̄  
sūp̄lit fiscellā stirpeā: et liniuit eā bitumine ac  
pice: posuitqz int̄ infantulū et exposuit eū in  
charecto ripe fluminis stāte p̄cul sorore eius

# Exodus

Et considerante euentu rei. Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lauaret in flumine: et puelle eius gradiebant per crepidinem aluei. Que cum vidisset fiscellam in papyrone misit unam e famulab suis: et allata apicis cernesq; in ea punilu vagientem: misera eius ait. Beinfantib hebreorum est hic. Quis soror pueri? His inquit ut vadat et vocet tibi mulier hebreorum que nutritre possit infantulum. Redit. Vade. Perterrita puerilla et vocavit matrem suam. Ad quam locuta filia pharaonis: accipe ait puerum istum: et nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier et nutritum puerum: adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filii: vocauitque nomine eius moyses dices quod de aqua tuli. In diebus illis postquam creuerat moyses: egreditus est ad frēs suos vidit quod afflictione eorum: et virū egyptium percutientem quedā de hebreis fratribus suis. Cuius circuitus spexisset huc atque illuc et nullum adesse vidisset pessimum egyptiū abscondit fabulo. Etegressus die altero: cōspexit duos hebreos riantes: dixitque ei quod faciebas iniurias. Quare percutis primū tuū. Qui redidit. Quis constiuit te principem et iudicem nos? Num occide rem tu viis sic heri occidisti egyptium? Timuit moyses et ait. Quod palam factū est verbū istud. Audiuitque pharao sermonem hunc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de cōspectu eius: moratus est in terra madian: et sedit iuxta puteū. Erant autem sacerdoti madii an septē filie: que venerāt ad hauriendū aquam et impletis canalib; adaquare cupiebat greges patris sui. Supuenere pastores: et cicerunt eas. Surrexit moyses et defensis pueris ad aquavit oves earum. Que cum reuertissem ad raguel p̄r̄ē suū: dixit ad eas. Cur veleti venistis solito? Runderunt. Vir egyptius liberavit nos de manu pastorum. Insup et hausit aquā nobiscū: potūque dedit ouib;. At ille. ubi est inquit. Quare dimisisti hoīez? Vocate eū ut comedat panem. Iurauit quod moy ses quod habitaret cum eo. Accipitque sephoraz filia eius uxore que pepit ei filium quem vocavit gersan dicens. Aduena fui in terra aliena Alterū vero pepit quod vocavit elyezer dicens Deus eis patris mei adiutor meus: et eripuit me de manu pharaonis. Post multū vero temporis mortuus est rex egypti. Et gemiscētes filii israel propter opa vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad deum ab opibus: et audiuit gemutū eorum ac recordat̄ est federis quod pe pigit cum abraā ysaac et iacob. Et respergit dñs filios isrl et liberauit eos.

III

**M**oyses autem pascebatur oves ietro sacerdotis sui sacerdotis madian. Cumque minas-

set gregem ad interiora deserti: venit ad motem dei oreb. Apparuitque ei dñs in flamma ignis de medio rubi: et videbat quod rubus arderet et non cōbureretur. Dixit ergo moyses. Vade et videbo visionē hanc magnam: quare non comburatur rubus. Lernens autem dñs quod pergeret ad videndum: vocauit eum de medio rubi: et ait. Moyses moyses. Qui redidit. Assiu. At ille. Non appropies inquit huc. Solue calcamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus pater tui: deus abraā: deus ysaac: et deus iacob. Abscondit moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra deum. Cui ait dñs. Vidi afflictionē plū mei in egypto: et clamor ē eius auidi. Propter duriciā eorum qui plū sunt opibus. Et sciens dolorē eius: descendit ut liberet eum de manibus egyptiorum: et educāt de terra illa in frāz bonam et spaciosam: in terram que fuit lacte et melle: ad loca chananei et ethi et amorei et pherezei et euei et iebusei. Clamo ergo filiorū israel venit ad me: vidique afflictionē eorum quod egyptiū opprimunt. Sed veni et mittam te ad pharaonē: ut educas plū meum filios israel de egypto. Dicitque moyses ad deum. Quis sum ego ut vadā ad pharaonē: et educam filios israel de egypto. Qui dixit ei. Ego ero tecū: et hoc habebis signum quod misericordia tua ē dñs ē nomē eius: quod dicā eis. Dixit dominus ad moysen. Ego sum quidam dñs. Sic dices filiis isrl. Qui ē misit me ad vos. Dixitque itez deus ad moysen. Hec dices filiis isrl. Dominus deus patrū vñorū de abraā et de ysaac et deus iacob misit me ad vos. Hoc nomē mihi ē in eternū: et in memoria meū in generatio ne et generationē. Vade et cōgre za seniores isrl et dices ad eos. Dñs deus patrū vñorū appariuit mihi: de abraā et de ysaac et de iacob: dicens. Visitans visitauit vos: et vidi oīa quod acciderunt vobis in egypto: et dixi ut educam vos de afflictione egypti in terrā chananei et ethi et ammorei et pherezei et cuei et iebusei ad terrā fluentē lacie et melle: et audient vocē tuā. Ingredierisq; tu et seniores israel ad regē egypti et dices ad eum. Dñs deus hebreorum vocauit nos. Ibimus viā triū dierū in solitudinem: ut imolem dño deo nro. Sed ego scio quod non dimittet vos rex egypti ut eatis: nisi quod manū validā. Extendāq; manū meā et percutiam egyptum in cunctis mirabilibus meis quod facturus sum in medio eorum. post hoc dimittet vos: dabo qdā ḡram populo huic corā egypti.

c 5

ptis. Et cum egradiemini non exhibitis vacui sed postulabat mulier a vicina sua et ab hospita sua vasa argentea et aurea: ac vestes: pone tiscaas super filios et filias vestras et spoliabitis egyptum.

III

**D**espontens moyses ait. Non credent mihi: neque audient vocem meam: sed dicent: non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit. Virga. Dixitque dominus proorce eam in terram. Proiecit: et versa est in colubrum: ita ut fugeret moyses. Dixitque dominus. Extende manum tuam et apprehende causam eius. Extendit et tenuit versaque eam in manu. Ut credant inquit quod apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum. deus abraham et deus isaac et deus iacob. Dixitque dominus rursus. Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum prouulit leprosam instar niuis. Retrahe ait manum tuam in sinum tuum. Retraxit et protulit iterum et erat similis carni relique. Si non crediderint inquit tibi. neque audierint sermonem signi prioris. credet verbo signi sequentis. Quid nec duobus quidebus signis crediderint. neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis et effunde eam super aridam. et quicquid hauseris de fluvio. vertet in sanguinem. ait moyses. Obscurus domine non sum eloquens ab heri et nudiustertius. et ex quo locutus es ad seruum tuum. impeditioris et tardioris lingue sum. Dixit dominus ad eum. Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est murum et surdum videntem et cecum. Nonne ego? Verge igit et ego ero in ore tuo. doceboque te quid loquaris. At ille. Obscurus domine inquit. mitte quem missurus es. Gratias dominus in moyse ait. Aaron frater tuus leuites: scio quod eloquens sit. Ecce ipse egrediebatur in occursum tuum: videntes te: letabatur corde. Loquere ad eum et pone verba mea in ore eius. et ego ero in ore tuo et in ore illius. et ostendam vobis quod agere debeatis. Et ipseloque pte ad populum et erit os tuum: tu autem eris ei in his que ad deum pertinet. Virgaz quoque hanc sume in manu tua. in qua facturus es signa. Abiit moyses et reuersus est ad ietro sacerorum suum. Dixitque ei. Adam et reuertar ad fratres meos in egyptum. ut videam si adhuc vivunt. Cui ait ietro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad moysem in madia. Vade et reuertere in egyptum. Mortui enim sunt omnes qui querebant aiam tuam. Tulerit ergo moyses uxorem suam et filios suos. et imposuit eos super asinum. reuersusque est in egyptum. portans virginem dei in manu sua. Dixitque ei dominus reuertetur in egyptum. Vide. ut oia osteta quod posui in manu tua facias coram

pharaone. Ego induabo cor eius et non dimittere gloriam. Hic esque ad eum. Nec dicit dominus. Filius meus primogenitus israel. Dixi tibi. Dimitt te filium meum ut seruatis mihi: et noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cumque esset in Itinere in diuersorio occurrit ei dominus. et volebat occidere eum. Tulerit illico sephora acutissimam petram. et circuicidit plicum filii sui. Letigitque pedes eius. et ait sponsus sanguinum tuum mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat: sponsus sanguinum tuum mihi es ob circumcisioem. Dixitque dominus ad aaron. Vnde in occursu moysei in desertu. Qui precepit obuiam ei in monte dei. et oscularatur eum. Narrauitque moyses aaron omnia verba domini. per quibus misericordia eius: et signa quae mandauerat. Generatus simul et congregauerunt cunctos seniores filiorum israel. Locutusque est ad aaron omnia verba que dixerat dominus ad moysem. et fecit signa coram populo et creditur populus. Audieruntque quod visitasset dominus filios israel et quod resipexisset afflictionem illorum: et prius adorauerunt.

**D**icit hec ingressi sunt moysem et aaron. Per dixerunt pharaoni. Nec dicit dominus deus israel. Dimittite gloriam meum. ut sacrificet mihi in deserto. At ille respondit. Quis est dominus ut audiam vocem eius. et dimittam israel? Nescio dominum. et israel non dimittam. Dixeruntque deus hebreorum vocavit nos. ut eamus via trium dierum in solitudinem. et sacrifice mus domino deo nostro: ne forte accidat nobis pestilens aut gladius. Ait ad eos rex egypti. Quare moysem et aaron sollicitatis gloriam ab opibus suis. Itera onera vestra. Dixitque pharaon: Multus est populus terre. Videatis quod turbam succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab opibus. Precepitque in die illo prefecti operum et exactoriis populi dicens. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres sicut prius. sed ipsi vadant et colligant stipulas. et mensuram laterum quam prius faciebat: imponetis super eos: nec minuet quicquam. Vacant enim et idcirco vociferantur dicentes. Eamus et sacrificemus deo nostro. Opprimantur opibus et expletat ea: ut non acqueat verbis medecibus. Igit egressi perfecti operum et exactores ad gloriam dixerunt. Sic dicit pharaon: Non do vobis paleas. Itera et colligite sicubi innenire poterit. nec minuet quicquam de ope vero. Dispersiones est populus in omnem terram egypti ad colligendas paleas. Prefecti quoque operum operum instabat dicentes. Complete opus vnum quotidie ut prius facere solebat quoniam dabant vobis paleas. Flagellatique sunt quod perat opibus filiorum israel: ab exactoriis pharaonis dicentibus. Quare non impletis mensuram laterum sicut prius: nec heri

# Exodus

nechodie? Teneruntq; ppositi filiorum israel  
et vociferati sunt ad pharaonem dicentes. Cur  
ita agis contra seruos tuos? Palee no dant  
nobis et lateres siliter impant. Un famuli tui  
flagellis cedimur: et iniuste agis contra popu-  
lum tuu. Qui ait. Vacatis ocio: et idcirco di-  
citis. Famus et sacrificemus domino. Ita ergo et  
opamini. Palee no dabunt vobis: et redde/  
tis cōsuētu numerū laterū. Videbatq; se pre-  
positi filiorū israel in malū eo q; diceretureis  
no minueat quicq; ogis de lateribus per sin/   
gulos dies. Occurreruntq; moysi et aaron q;  
stabant ex aduerso: egredientes a pharaone  
et dixerunt ad eos. Videat dñs et iudicet: qm  
fetere fecistis odore nostrū corā pharaone et  
seruis eius: et p̄buistis ei gladiū vt occideret  
nos. Reversusq; est moyses ad dominū: et ait  
dñe. cur afflixisti populū istū? Quare misi/  
sti me: Ex eo em quo ingressus sum ad pha-  
raonē ut loquerer ex nomine tuo: afflixisti popu-  
lum tum: et nō liberasti eos.

VI  
**D**ixitq; dñs ad moysen. Nūc videbis  
que facturū sum pharaoni. Per ma-  
num em̄ forē dimittet eos: et in māu  
robusta efficiet illos de terra sua. Locutusq; ē  
dñs ad moysen dicens. Ego dñs qui apparui  
abraā ysaac et iacob in deo omnipotēte: et no-  
men meū adonay nō indicaui eis. Depigiq;  
sedus cū eis vt darē eis terrā chanaā: terraz  
p̄grinationis eorum in qua fuerunt aduene  
Ego audiui gemitū filiorū israel quo egypti  
opresserūt eos: et recordatus sum: pacti mei  
Ideo dicit filii israel. Ego dñs q; educaz vos  
de ergastulo egyptiorū: teruam de seruitute  
ac redūtam in brachio excello et iudicūs ma-  
gnis et assūmā vos mibi in populū: et ero yr  
deus. Et scietis quia ego sum dñs deus yr.  
qui eduxerim vos de ergastulo egyptiorū  
et induxerim vos in terrā sup quā leuani ma-  
num meā vt darē cā abraā ysaac et iacob: da-  
boq; illā possidendā vobis: ego dñs. Narra-  
uit ergo moyses omnia filii israel: qui nō ac-  
quiuerūt ei: ppter angustiā spūs et opus du-  
rissimū. Locutusq; est dñs ad moysen dicens  
Ingrēdere et loquere ad pharaonem regem  
egypti vt dimittat filios israel de terra sua.  
Rūdit moyses corā dño: ecce filii israel non  
audiunt me: et quō audiet pharaō: presertim  
cū incircūcisus sun labijs? Locutusq; ē dñs  
ad moysen et aaron: et dedit mandatū ad fili-  
os israel et ad pharaonē regem egypti vt edu-  
cerent filios israel de terra egypti. Iste sūt p̄n-  
cipes domoz p̄ familias suas. Filii ruben p̄-  
mogeniti israelis: enoch et phallu: esrō et char-  
mi. He cognationes ruben. Filii symeon: ia-  
muel et iamin et iami et achod et iachin et saber

et saul filii chananitidis. He p̄genies lymēō  
Et hec nomina filiorū leui p̄ cognationes su-  
as: gerson et caath et merari. Anni aut̄ vite le-  
ui fuerūt centū trīginta septē. Filii gerson: lo-  
bni: et semici per cognationes suas. Filii caath  
amram et ysuar et hebron et oziel. Anni quoq;  
vite caath cētū trīgintatres. Filii merari: mo-  
oli et musi. He cognationes leui p̄ familias su-  
as. Accepit aut̄ amram yxorē iochabēth pa-  
truelem suam: que peperit ei aaron et moysen  
et mariam. Fueruntq; anni vite amram cen-  
tum trīginta septē. Filii quoq; ysuar: chore  
et napheg et zechri. Filii quoq; oziel misael et  
elisaphan et sechri. Accepit aut̄ aaron yxorē  
elizabeth filiam aminadab: sororē naason: q;  
peperit ei nadab et abin et eleazar et ythamar.  
Filii quoq; chore: aser et helchana et abiasab  
He sunt cognationes choritarū. At vero elea-  
zar filius aaron accepit yxorē de filiab p̄ phu-  
tiel: q; pepit ei phinees. Hi sunt p̄ncipes fami-  
liarū leui et carū p̄ cognationes suas. Iste est  
aaron et moysen quibus precepit dominū vt  
educerent filios israel de terra egypti per tur-  
mas suas. Hi sunt qui loquunt ad pharaonē  
regem egypti vt educant filios israel de  
egyptio. Iste est moysen et aaron in die q; lo-  
cutus est dñs ad moysen in terra egypti. Et  
locutus est dñs ad moysen dicens. Ego dñs  
Loquere ad pharaonē regem egypti. omnia  
que loquor tibi. Et ait moyses coram domi-  
no. En incircūcisus labijs sum. Quō audiet  
me pharaō?

VII  
**D**ixitq; dominū ad moysen. Ecce con-  
stitui te deum pharaonis: et aaron fra-  
ter tuus erit p̄pheta tuus. Tu loque-  
ris ei omnia que mādo tibi et ille loquetur ad  
pharaonem: vt dimittat filios israel de terra  
sua. Sed ego indurabo cor eius et multiplica-  
bo signa et ostenta mea in terra egypti: et non  
audiet vos. Immitramq; manum meam su-  
per egyptum et educam exercitum et populū  
meū filios israel de terra egypti: per iudicia  
maxima. Et scient egypti: q; ego sum dñs q;  
extenderim manū meam super egyptum: et  
eduxerim filios israel de medio eorum. Fecit  
itaq; moyses et aaron: sicut precepérat domi-  
nus: ita egerunt. Erat aut̄ moyses octoginta  
annorum: et aaron octogintatrum quādolo lo-  
cuti sunt ad pharaonem. Dixitq; dominū ad  
moysen et aaron. Cum dixerit vobis pharaō  
ostendite signa: dices ad aaron. Lolle kgaz  
tuam et porice eam coram pharaone: ac ver-  
tatur in colubrum. Ingressi itaq;. Moyses  
et aaron ad pharaonem: fecerunt sicut pre-  
cepérat dominus. Culitq; aaron virgam  
coram pharaone et scrūtis eis: que versa-

est in colubrum. Vocavit autem pharaon sapientes et maleficos: et fecerunt etiam ipsi per incantationes egyptiacas et arcana quedam similiter. Proiecerunt singuli virgas suas: que vertere sunt in dracones. Sed deuorauit virga aaron virgas eorum. Induratum est cor pharaonis et non audiuit eos sicut precepit dominus. Dixit autem dominus ad moysen. Ingrauatum est cor pharaonis: et non vult dimittere populum. Vade ad eum mane. Ecce egrediet ad aquas. Et stab in occursum eius super ripam fluminis: et virginem quae conuersa est in draconem: tolles in manu tua dicesque ad eum. Dominus deus hebreorum misit me ad te dicens. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto et vosque ad prius audire noluisti. Hec igitur dicit dominus. In hoc sciesque sim dominus. Ecce percutiā virga quae in manu mea est aquam fluminis: et vertet in sanguinem. Pisces quoque qui sunt in fluuio morientur: et copulentes aquam fluminis. Dicit quoque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Tolle virginem tuam et extende manum tuam super aquas egypti et super fluvios eorum et riuos et paludes et super omnes aquas aquarum: ut verterentur in sanguinem: et sit crux in omni terra egypti: tam in lignis vasis et in saxis. Feceruntque moyses et aaron sicut precepit dominus. Et eleuans virginem percussit aquam fluminis coram pharaone et seruis eius: quae versa est in sanguinem et pisces que erant in flumen mortui sunt. Conputravitque fluui et non poterat egypti bibere aquam fluminis: et fuit sanguis in tota terra egypti. Feceruntque silicet malefici egyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor pharaonis nec audiuit eos sicut precepit dominus. Alertitque se et ingressus est dominum suum: nec apposuit cor etiam hac vice. Forderunt autem oculi egypti per circuitum fluminis aquam ut biberent. Non enim poterat bibere aquam fluminis. Impletos sunt septem dies postquam percussit dominus flumen.

## VIII

**D**icit quoque dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem: et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranas. et zebuliet flumen ranas que ascenderent et ingredientur domum tuam et cubiculum leculum tui: et super stratum tuum: et in domos seruorum tuorum: et in populum tuum et in furnos tuos et in reliquias ciborum tuorum: et ad te: et ad populum tuum: et ad omnes seruos tuos intrabunt rane. Dicit quoque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extende manum tuam super fluvios et super riuos et paludes: et educ ranas super terram egypti. Et extredit aaron manum super aquas egypti: et ascenderunt ra-

ne. Oqueruntque terra egypti. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter eduxeruntque ranas super terram egypti. Vocavit autem pharaon moysen et aaron: et dixit eis. Orate dominum ut auferas ranas a me et a populo meo: et dimittam populum ut sacrificet dominus. Dicitque moyses ad pharaonem. Constitue mihi quem depicer prote et per seruos tuos et pro populo tuo: ut abigatur rane a te: et a domo tua et a seruis tuis: et a populo tuo: et tamen in flumine remaneat. Qui respodit. Eras. At ille iuxta inquit verbum tuum facias: ut scias quem non est sicut dominus deus noster: et recedent ranas a te: et a domo tua et a seruis tuis et a populo tuo: et tamen in flumine remanebunt. Egressique sunt moyses et aaron a pharaone: et clamauit moyses ad dominum propositum ranarum quam condixerat pharaonem. Fecitque dominus iuxta verbum moysi et mortue sunt ranas de domibus et de villis et de agris. Congregaueruntque eas in imensos aggeres: et copulaverunt fratre. Cidem autem pharaon quod data esset requies: ingrauauit cor suum et non audiuit eos sicut precepit dominus. Dicitque dominus ad moysen. Loquere ad aaron. Extende virginem tuam et percutere puluerem terre: et sint cynifes in vniuersa terra egypti. Feceruntque ita. Et extredit aaron manum virginem tenens percutitque puluerem terre: et facti sunt cynifes in hominibus et iumentis. Deus puluis est verus est in cynifes per totam terram egypti. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis ut educerent cynifes et non potuerunt. Eratque cynifes tam in hominibus quam in iumentis. Et direxerunt malefici ad pharaonem. Hic dicit deus est hic. Induratum est cor pharaonis et non audiuit eos sicut precepit dominus. Dicit quoque dominus ad moysen. Consurge diluculo: et sta coram pharaone. Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Quis si nondimiseris eum: ecce ego mittam in te et in seruos tuos et in populum tuum et in domos tuas: omne genus muscarum: et impelbuntur omnes domus egyptiorum muscis diversi generis et vniuersa terra in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram fessen in qua populus meus est ut non sint ibi muscae: et scias quem ego dominus in medio terre: ponamque divisionem inter populum meum et populum tuum. Eras erit signum istud. Fecitque dominus ita. Et venit musca grauissima in domos pharaonis et seruorum eius et in omnem terram egypti: corruptaque est terra ab huiuscmodi muscis. Vocavitque pharaon moysen et aaron: et aiteis. Ite et sacrificare deo vestro in terra hac. Et ait moyses. Non potest ita fieri. Abominatores enim egyptiorum in molabimus.

# Exodus

dño deo nostro. Q si mactauerimus ea q co-  
lunt egyptij coram cis lapidibus nos obruet  
Qia triū dierū pgemus in solitudinem: t sa-  
crificabimus dño deo nostro sicut p̄cepit no-  
bis. Dicitq pharao. Ego dimittā vos vt sa-  
crificetis dño deo vro in deserto: verūt̄ lon-  
gius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moy-  
ses. Egressus a te orabo dñm: t recederet mu-  
sca a pharaone t a seruis suis t a populo eius  
eras. Verūt̄ noli vltra fallere: vt non dimit-  
tas populu sacrificare dño. Egressusq moy-  
ses a pharaone: orauit dñm. Qui fecit iuxta  
verbū illius et abstulit muscas a pharaone t  
a seruis suis t a pplo eius. Nō superfuit nec  
vna quidē. Et ingrauatum ē cor pharaonis  
ita vt nec hac quidē vice dimitteret plm.

**D**ixit aut̄ dñs ad moysen. **IX**  
Ingredere ad pharaonem t loque-  
re ad eum. Hec dicit dñs de⁹ hebreo-  
rum. Dimitte populu meū vt sacrificet mihi  
Qd si adhuc rennui et retines eos: ecce ma-  
nus mea erit sup agros: t super equos: t as-  
nos: t camelos: t oves: t boves: pestis val-  
de grauis. Et faciet dñs mirabile inter pos-  
sessiones israel t possessiones egyptiorum: vt  
nil omnino pereat ex his que pertinent ad fili-  
os israel. Cōstituitq dominus tēpus dices  
Qras faciet dñs verbū istud in terra. Fec  
ergo dñs verbū hoc altera die: t mortua sūt  
omia animantia egyptiorū. De animalibus  
vero filiorū israel nihil omnino perīt. Ermi-  
sit pharao ad videndum: nec erat q̄c̄ mor-  
tuū de his que possidebat israel. Ingrauiat,  
q̄ est cor pharaonis: t non dimisit populuz.  
Et dixit dñs ad moysen t aaron. Tolle ple-  
nas manus cineris de camino t spargat illuz  
moyses in celum coram pharaone sitq pul-  
uis super omnē terram egypti. Erūt enim in  
hominibus t iumentis vlcera t vesice turges-  
tes: in vniuersa terra egypti. Tuleūtq cine-  
rem de camino t steterunt corā pharaone: et  
sparsit illū moyses in celum. Factaq sunt vi-  
cera vesicarum turgentium in hominibus et  
iumentis: nec poterant malefici stare coram  
moysē ppter vlcera que in illis erat: t in om-  
ni terra egypti. Indurauitq dñs cor phara-  
onis: t no audiuit eos sicut locutus est dñs  
ad moysen. Dicitq dñs ad moysen. Mane  
consurge t sta coram pharaone: et dices ad  
eum. Hec dicit dñs deus hebreorū. Dimitte  
populum meū vt sacrificet mihi: q̄ in bac  
vice mittam om̄es plagas meas sup cor tuu⁹  
t sup seruos tuos t sup populu tuum: vt sci-  
as q̄ non sit similis meti in omni terra. Hunc  
enim extendens manum: percutiā te t popu-  
lum tuum peste: peribisq de terra. Idcirco

aūt posui te vt ostendā in te fortitudinē meā:  
t harretur nomen meū in omni terra. Adhuc  
retines populu meū: t non vis eum dimitte  
re. En pluam eras bac ipsa hora grandinem  
multam nimis: qualis nō fuit in egypto a die  
qua fundata est vsc̄ in p̄sens tempus. Sit-  
te ergo fam nūc t congrega iumenta tua t om-  
nia que habes in agro. Homines em t iumenta  
t vniuersa que iumenta fuerint foris: nec co-  
gregata de agris cecideritq sup ea grando:  
moriēt. Qui timuit verbū dñi debuis pha-  
raonis fecit configere seruos suos t iumenta  
ta in domos: qui aūt neglexit sermonem dñi  
dimisit seruos suos t iumenta in agris. Et di-  
xit dñs ad moysen. Extende manū tuā in ce-  
lum: vt fiat grando in vniuersa terra egypti.  
super homines t iumenta t sup omnem her-  
bam agri in terra egypti. Extenditq moyses  
virgā in celū t dñs dedit tonitrua t grandi-  
nem ac discurrentia fulgura sup terrā. Plu-  
itq dñs grandinem sup terram egypti: t gran-  
do t ignis mixta piter ferebant. Tāteq fu-  
it magnitudinis: q̄ta ante nunq̄ apparuit in  
vniuersa terra egypti ex quo gens illa condi-  
ta est. Et p̄cussit grādo in omni terra egypti  
cuncta que fuerunt in agris ab homine vsc̄  
ad iumentum. Lūctamq̄ herbā agri percus-  
sit grando: t omne lignū regionis confregit.  
Tantū in terra iessen vbi erant filii israel: grā-  
do non cecidit. Hisitq pharao et vocauit  
moysen t aaron dicens ad eos. Peccauit eti-  
am nunc. Dñs iustus: t ego t populus me⁹  
impij. Orate dñm vt desinat tonitrua dei t  
grando: vt dimittam vos: t nequaq̄ hic vlt-  
ra maneatis. Ait moyses. Nū egressus fue-  
ro de vrbe extēdā palmas meas ad dominū  
t cessabunt tonitrua t grādo nō erit vt scias  
q̄ dñi ē terra. Noni aūt q̄ et tu et filii tui nec  
dum timeatis dñm dñū. Linum ergo t hor-  
deum lesū ē: eo q̄ hordeum esset virens: t li-  
num iam folliculos germinaret. Briticū aūt  
t farñō sunt leſa: quia serotina erant. Egress-  
susq̄ moyses a pharaone ex vrbe: tetēdit ma-  
nus ad dñm: t cessauerūt tonitrua t grando  
nec vltra stillauit pluia sup terraz. Vident  
aut̄ pharao q̄ cessasset pluia t grando t to-  
nitrua: auxit p̄ctū: t ingrauatū ē cor ei⁹ t ser-  
uorū illius t induratū nimis: nec dimisit isrl  
sicut p̄cepit dñs p manū moyſi. **X**

**E**dixit dñs ad moysen. Ingredere  
ad pharaonem. Ego enim induraui  
cor eius t seruorum illius vt faciam  
signa mea hec in eo: et narres in auribus fili⁹  
tui t nepotum tuorum: quotiens contrive-  
rim egyptios et signa fecerim in eis: et scia-  
tis quia ego dñs. Introserunt ergo moyses

et aaron ad pharaonem: et dixerunt ei. **H**ec dicit dominus deus hebreorum. **V**is quo non vis subiici mihi. **D**imitte gloriam meum ut sacrificet mihi. **S**in autem resistis et non vis dimittere eum. ecce ego inducam cras locustam in fines tuos quod opiet superfcie terrae: ne quicquam eius appareat sed comedat quod residuum fuerit grandini. **C**orrodet enim omnia ligna que germinant in agris et implebunt domos tuas et seruorum tuorum et omnium egypciorum: quantam non viderunt patres tui et aut ex quo orti sunt super terram usque in presentem die. **A**uertitque se et egressus est a pharaone. **D**ixerunt autem servi pharaonis ad eum: **V**is quo patiemur hoc scandalum? **D**imitte homines ut sacrificet domino deo suo. **N**onne vides quod pierit egypcius? **R**evoocaueruntque moysen et aaron ad pharaonem qui dixit eis **I**ste: sacrificare dominum deo vro. **Q**ui nam sunt qui ituri sunt? **A**it moysen: cum puluis nostris et senioribus pugnemus: cum filiis et filiabus: cum ouibus et armentis. **E**s iste solennitas domini dei nostri. **E**t ruit pharaon. **S**ic dominus sit vobis scum. **Q**uod ego dimittam vos et pululos vros: cui dubium est quod pessime cogitatis? **N**on fias ita sed ite tamen viri et sacrificare dominum. **H**oc enim et ipsi petistis. **S**tatimque electi sunt de aspectu pharaonis. **D**ixit autem dominus ad moysen. **E**x tende manum tuam super terram egypciad locustam ut descendat super terram: et deuoret omnem herbam que residua fuerit grandini. **E**t extenuavit moyses virginem super terram egypci: et dominus induxit ventum ventem tota die illa et nocte. **E**t in mane factum: ventus vrens leuauit locustas. **Q**ue ascenderunt super universam terram egypci et sederunt in cunctis finibus egypciorum immorabiles: quales an illud tempus non fuerant: nec postea future sunt. **O**perueruntque universam superficie terre vastates omnia. **R**evozata est ergo herba terre: et quodcumque pomorum in arboribus fuit quod gradus dimiserat. **N**ihil quoque oino virens relictum est in lignis et in herbis fre: in cuncta egypcio. **Q**uoniam obre festinus pharaon vocauit moysen et aaron et dixit eis. **I**decaui in dominum deum vestrum et in vos. **E**t nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice: et rogate dominum deum vestrum ut auferat a me mortem istam. **E**gressusque est moyses de aspectu pharaonis et orauit dominum. **Q**ui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum: et arreptam locustam piccit in mare rubrum. **N**on remansit nec una quodcumque in cunctis finibus egypci. **E**t indurauit dominus cor pharaonis: nec dimisit filios israel. **D**ixit autem dominus ad moysen. **E**xtende manum tuam in celum: et sunt tenebre super terram egypci: tam dense ut palpari queant. **E**xtenditque moyses manum in celum: et facte sunt tenebre horribiles in universa terra egypci.

pti. **T**ribus diebus nemo vidit fratrem suum nec mouit se de loco in quo erat. **U**bi cuncti autem habitabat filii israel lux erat. **V**ocauitque pharaon moysen et aaron: et dixit eis. **I**te sacrificete domino. **Q**ues tamen vestre et armata remaneant pululi vestrici et vobiscum. **A**it moysen. **H**ostias quoque et holocausta dabis nobis quod offeram dominu deo nostro. **C**uncti greges pergent nobiscum. **N**on remanebit ex eis unicus qui necessaria sunt in cultu domini dei nostri: presertim cum ignoremus quod debeat imolari: donec ad ipsum locum perveniamus. **I**ndurauit autem dominus cor pharaonis et noluit dimittere eos. **D**ixitque pharaon ad moysen. **R**ecede a me et caue ne ultra videas faciem meam. **Q**uocunque die apparueris mihi: morieris. **R**uinit moysen. Ita fias ut locutus es. **N**on video ultra faciem tuam. **XI** **D**ixit dominus ad moysen. **A**ldhuc una plaga tangam pharaonem et egypcium et post hoc dimittet vos et extire compellet. **D**ices ergo omni plebi ut postulet vir ab amico suo et mulier a vicina sua vasa argentea et aurea et vestem. **H**abit autem dominus gratiam populo suo coram egypciis. **F**uitque moyses vir magnus valde in terra egypci coram servis pharaonis et omni populo. **E**t ait. **H**ec dicit dominus. **A**medea nocte ingrediar in egypcium et morietur omne primogenitum in terra egypciorum: a primogenito pharaonis qui sedet in solio eius usque ad primogenitum annule que est ad molam: et omnia primogenitura iumentorum. **E**ritque clamor magnus in universa terra egypci: qualis nec ante fuit: nec postea futurus est. **A**pus omnes autem filios israel non mutiet canis ab hoie usque ad pecus: ut scientis quanto miraculo dividatur dominus egypcius et israel. **D**escendetque omnes servi tui isti ad me: et adorabunt me dicentes. **E**gredere tu et omnis populus qui subiectus est tibi. **P**ost hec egrediemur. **E**t exiuit a pharaone: iratus nimis. **D**ixit autem dominus ad moysen. **N**on audiet vos pharaon ut multa signa faciat in terra egypci. **M**oyses autem et aaron fecerunt omnia signa et ostenta quae scripta sunt: coram pharaone et indurauit dominus cor pharaonis: nec dimisit filios israel de terra sua. **XII**

**D**ixit quoque dominus ad moysen et aaron in terra egypci. **A**mensis iste vobis primiti mensum: primus erit in mensibus anni. **N**omini ad universum certum filiorum israel: et dicite eis. **D**ecima die mensis huius tollat unusquisque agnum per familias et domos suas. **S**in autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum qui coniunctus est domui eius iuxta numerum aiarum qui sufficere possint ad easum agni

# Exodus

Erit autem agnus absque macula, masculus annulus. Tertia quæ ritus tolletis et hædū: et fubbitis eū vobis ad quartadecimā diē mēsis huius. Immolabitq; eū vniuersa multitudo filiorū israel ad vesperā: et sumēt de sanguine eius ac ponēt sup vtrūq; postē: et in superlimināribus domorū in quib; comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa assas igni: et azymos panes cū lactucis agrestibus. Nō comedetis ex eo crudū quid: nec coctū aqua: sed assūm tantū igni. Caput cū pedibus eius et intestinis vorabitis: nec remanebit quicq; ex eo vscq; māe. Si qd residuum fuerit: igne cōburetis. Sic autem comedetis illū. Renes vros accingetis et calciamenta habebitis in pedibus: tenētes baculos in manibus: et comedetis festināter. Est enim phase. i. transitus dñi. Et trāsibo p terraz egypti nocte illa pcutiāq; omne p̄mogenitum in terra egypti ab hoīe vscq; ad pecus et in cūctis dñs egypti faciaz iudicia: ego dñs. Erit autem sanguis vobis in signū in edibus in quibus eritis: et videbo sanguinē et transibo vos nec erit in vobis plaga disperdēs: quā percussero terrā egypti. Habebitis autē hūc diē in monumentū et celebrabitis eā solennē dño in generationibus vestris cultu sempiterno. Septē diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentū in domibus vestris. Quicunq; comedetis fermentū: peribit anima illa de israel a primo die vscq; ad diē septimū. Dies prima erit sancta ac solennis: et dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis: exceptis his que ad vescendū ptinent et obseruabitis azyma. In eadem em̄ ipa die educā exercitū vrm de terra egypti: et custodiatis diē istū in generationes vras ritu ppepetuo. Primo mēle qrtadecima die mēsis ad vesperā: comedetis azyma vscq; ad diē vice, mā primā eiusdē mensis ad vesperā. Septem dieb; fermentatū nō inuenies in domib; vestris. Qui comedetis fermentatū: peribit anima eius de cetu israel tā de aduenis qd de indigenis terre. Nōne fermentatū nō comedetis. In cūctis habitaculis vras edetis azyma. Voca uit autem moyses oēs seniores filiorū israel: et dixit ad eos. Ite tollētes aīal p familias vras et imolate phase. Fasciculūq; hisopī tigite in sanguine qui est in limine et aspgite ex eo superliminare et vtrūq; postē. Nullus vrm egrediatur ostiū domus sue vscq; mane. Transibit em̄ dñs pcutiēs egyptios. Cūq; viderit sanguinē in supliminari et in vtroq; poste: transcedet ostiū domi: et nō sinet percussorē ingredi domus vras et ledere. Custodi vrbū istud legitimū: tibi et filiis tuis vscq; in eternū. Cūq; introieritis terrā quā dñs deus daturus est

vobis ut pollicitus est: obſuabitis ceremonias istas. Et cū dixerint vobis filii vri que ē ista religio: dicetis eis Victimā trāsitus dñi est: quādo transiuit super domos filiorū israel in egypto percutiens egyptios: et domos nostras liberās. Incurvatusq; populus adorauit. Et egressi filii israel fecerūt sicut precepérat dñs moysi et aaron. Factū est autem in noctis medio: percussit dñs omne p̄mogenitū in terra egypti: a p̄mogenito pharaonis qui in solio eius sedebat: vscq; ad p̄mogenitū captiuus que erat in carcere: et omne p̄mogenitū iumentoꝝ. Surrexitq; pharao nocte et oīns fui eius cūcta egyptus: et ortus est clamor magnus in egypto. Hęc enim erat domi in quā nō iaceret mortuus. Vocatisq; pharao moyse et aaron nocte ait. Surgite egridimi a populo meo vos et filii israel. Ite et immolate dominio sicut dicitis. Ques vras et armamenta affūmite ut petieratis: et abeuntes benedicite mihi. Urgebatq; egyptū populū israel de terra exire velociter dicētes. Dōs moriemur. Tullit igit̄ populū consperlam farinam ante eū fermentare: et ligans in pallijs posuit lugibus meros suos. Fecerūtq; filii israel sicut precepérat dñs moysi: et petierūt ab egyptijs vasā argentea et aurea vestemq; plurimā. Dominus autem dedit gratiā populo corā egyptijs ut commodaret eis: et spoliauerūt egyptios. Profectijs sunt filii israel de ramesse in lochot sexta fere milia peditū virorū absq; paruulis et mulieribus. Sed et vulgus pmiscuū innūtrabile ascendit cū eis oues et armamenta: et animantia diuersi generis multa nimis. Oxerūtq; farinam quam dudum de egypto conspersam tulerant: et fecerunt subcinericos panes azymos. Neq; enim poterat fermentari cogentibus exire egyptijs: et nullam facere sufficientibus moram: nec pulmenti quicq; occurrerat preparare. Habitatio autem filiorum israel qua manserunt in egypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus explicitis eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra egypti. Hox est ista obseruabilis domini: quando eduxit eos de terra egypti. Hęc obseruare debet oēs filii israel in generationibus suis. Dixitq; dominus ad moysen et aaron. Hęc est religio phase. Omnis alienigena nō comedet ex eo. Omnis autem fūsus empticius circūcidet: et sic comedet. Aduēta et mercenarius nō edent ex eo. In una domo comedetur: nec efferetis de carnisbus eius fras: nec os illius confringetis. Omnis cetus filiorū israel faciet illū. Si quis pegrinoꝝ in vram voluerit transire coloniam et facere phase dñi: circūcidet p̄us oē masculinū eius

Tunc rite celebrabit: eritq; sic indigena frē.  
Si qd autē circūcisus nō fuerit: nō vesceſ ex  
eo. Eadē lex erit indigenē: et colono qd pegrī  
natur apud vos. Fecerūtq; oēs filij israel sic  
preceperat dñs moysen et aaron: et eadem die  
eduxit dñs filios israel de terra egypti p tur  
mas suas.

XIII

**I**icutusq; est dñs ad moysen dices.  
Sacrifica mibi omne primogenitum  
qd aperit yuluā in filiis israel tam de  
hoībus qd de iumentis. Dea sunt enim omnia.  
Et ait moyses ad populū. Amentote diei  
huius in qua egressi estis de egypto et de do  
mo fuitutis: qm i manu forti eduxit vos do  
minus de loco isto: vt nō comedatis fermēta  
tū panē. Hodie egredimini mēse nouarū fru  
gū. Cunq; introduxit te dñs in terrā chananei:  
et ether: et amorei et euei: et iebusei. qm  
iurauit patribus tuis vt daret tibi terrā fluē  
te lacte et melle: celebrabitis hūc morē sacro  
rū mense isto. Septē diebus vesceris azymis  
et in die septimo erit solēnitās dñi. Azyma co  
medetis septē diebus. Non aperabit apud  
te aliqd fermētā: nec in cūctis finib⁹ tuis.  
Narrabisq; filio tuo in die illo dices. Hoc est  
qd fecit mibi dñs qn egressus sum de egypto.  
Et erit quasi signū in manu tua et quasi moni  
mentū aī oclōs tuos: et vt lex dñi sp sit in ore  
tuo. In manu em̄ forti eduxit te dñs de egypto.  
Custodies huiuscemodi cultum statuto  
tēpe a diebus in dies. Cunq; introduxit te  
dñs in terrā chananei: sicut iurauit tibi et pa  
tribus tuis: et dederit tibi ēa. separabis omne  
qd aperit yuluā dñō: et qd primitiū ē in pe  
coribus tuis. Quicqd habueris masculini se  
xus: pscrabis dñō. Primogenitū assū mu  
tabis oue. qd si nō redemeris iterficies. Om  
ne autē primogenitū hoīs de filiis tuis p̄cio re  
dimes. Cunq; interrogauerit te filius tuus  
cras: dices. qd est hoc r̄ndebeis ei. In manu  
forti eduxit nos dñs de frā egypti: de domo  
fuitutis. Nam cū induratus eset pharaon et  
nollet nos dimittere: occidit dñs omne p̄mo  
genitū in terra egypti a p̄mogenito hoīs vsq;  
ad primogenitū iumentorū. Adcirco imolo  
dñō omne qd aperit yuluā masculini sexus: et  
omnia p̄mogenita filiorū meorū redimo. Erat  
igit̄ quasi signū in manu tua et quasi appen  
sum qd ob recordationē ante oculos tuos eo  
qd in manu forti eduxit vos dñs de egypto.  
Igit̄ cū emisisset pharaon populū nō eos du  
xit dñs per viā terre philistim qd vicina estre  
putās ne forte peniteret cū si vidisset aduer  
sum se bella cōsurgere et reuerterentur egyptū  
sed circūduxit per viā deserti: qd est iuxta ma  
re rubrū. Et armati ascenderunt filii israel de

fra egypti. Tūlit quoq; moyses ossa ioseph  
secū: eo qd adiurasset filios israel dices. Vili  
tabit vos deus: efferte ossa mea hinc vobiscū  
Profectiq; de sochot castramētati sunt in e  
than: in extremis finib⁹ solitudinis. Domi  
nus autē precedebat eos: ad ostēdendā viā p  
diē in colūna nubis: et per nocte in columnā  
ignis: vt dux eset itineris vtroq; tēpe. Nun  
qd desuit colūna nubis per diē: nec columnā  
ignis per nocte corā populo.

XIII

**I**icutus ē aī dñs ad moysen dices.  
Loq; res filiis israel. Reuī castramētē  
tur et regione p̄hairoth que est inter  
magdalū et mare p̄tra beelophon. In cōspe  
ciū eius castra ponetis sup mare. Dicturus  
qd est pharaon sup filiis israel. Coartati sunt in  
terra: p̄clusit eos desertum. Et indurabo cor  
ei: ac persequeſt vos: et glorificabor in pha  
raone: et in omni exercitu eius scientq; egypti  
qd ego sum dñs. Feceruntq; ita. Et nunciatū  
est regi egyptiorū: qd fugisset populus. Im  
mutatiū qd est cor pharaonis et fuorū ei sup  
populū et dixerūt. Quid volū facē vt di  
mitteremus israel ne fuiret nobis. Junxit g  
currū et oēm populū suū assumpsit secū. Tu  
litq; sexcentos currus electos: et qcqd in egypto  
curruū fuit: et duces totius exercit⁹. In  
durauitq; dñs cor pharaonis regis egypti.  
et persecutus ē filios israel. At illi egressi erāt  
in manu excelsa. Cunq; persecūrentur egypti  
vestigia p̄cedentū: repererūt eos in castri su  
per mare. Omnisq; eq̄tatus et currus phara  
onis et vniuersus exercit⁹ erant in phairoth  
p̄tra beelophon. Cū qd appropinquasset pha  
raon: leuātes filii israel oculos: viderūt egypt  
ios post se: et timuerūt valde. Clamauerūt  
qd ad dñm: et dixerūt ad moysen. Foris tan nō  
erāt sepulchra in egypto: io tulisti nos vt mo  
reremur in solitudine. Quid hoc facē volui  
sti: vt educeres nos ex egypto? Nōne iste est  
fmo quē loq;bamur ad te in egypto dicentes  
recede a nobis vt fuiamus egypti⁹. Sul  
to em̄ melius erat fuire eis qd mori in solitu  
dine. Et ait moyses ad populū. Nolite time  
re. State et videate magnalia dñi qd factur⁹ est  
hodie. Egyptios em̄ qd nūc videris: nequa  
qd ultra videbitis vsq; in sempiternū. Dñs  
pugnabit p vobis: et vos tacebitis. Dixitq;  
dñs ad moysen. Quid clamas ad me? Loq;  
res filiis israel vt pficiscant. Tu autē eleua vir  
gā tuā et extende manū tuā sup mare et dñs  
de illud: vt gradiant filii israel in medio ma  
ri per siccū. Ego autē indurabo cor egyptiorū  
vt persecūtur vos: et glorificabor in pharaon  
e: et in omni exercitu eius et in currib⁹ et in eq̄  
tibus illius. Et sciēt egypti qd ego sum dñs

Videat & sed & j.

# Exodus

et glōificatus fuero in pharaone: et in currībus arcis in equitibus eius. Collēsq; se angelus dñi qui p̄cedebat castra israel: abiit post eos: et cū eo pariter columna nubis priora di mittens: post tergū sterit inter castra egypti / orum: et castra israel. Eterat nubes tenebrofa et illuminans noctē: ita ut ad seiuicē toto noctis tempe accedere nō valeret. Lūq; extē disset moyses manū sup mare: abstulit illud dñs flante vento vehemēti et vrente tota nocte et vertit in siccū. Biuisaq; ē aqua: et ingressi sunt filii israel p̄ mediū siccū mar. Erat enī aqua quasi murus a dextra eoz et leua. Per sequētesq; egypti ingressi sunt p̄ eos: et ois equitatus pharaonis: currus eius et equites p̄ mediū maris. Jaq; aduenērat vigilia matutina: et ecce respiciens dñs sup castra egyptiorū p̄ columnam ignis et nubis: iterfecit exercitum eorū: et subvertit rotas currū: fereabanturq; in pfundū. Dixerūtq; egypti. Fugimus israelē: dñs enī pugnat p̄ eis contranos. Et ait dñs ad moysem Extende manum tuā sup mare: ut reuertantur aque ad egypti os sup currus et equites eorū. Lūq; extēdis / set moyses manū contra mare: reuersum ē pri mo diluculo ad priorē locuz. Fugientibusq; egypti occurserūt aque: et inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseq; sunt aque: et operuerūt currus et equites cūcti exercitus pharaonis: qui sequētes ingressi fuerant mare: nec vñ quidē supfuit exercit. Filii aut israel preverūt per mediū siccū maris: et aque eis erant quasi p̄ muro a dextris et sinistris. Liberauitq; dñs in die illo isrl de manu egyptiorū: et viderunt egyptios mortuos sup litus maris: manū magnā quā exerceuerat dñs contra eos. Timuitq; p̄plūs dñm: et crediderūt dños moysem scruo eius.

XV  
